

*Regest: Beyer, Altzelle, S. 551, Nr. 130 — Dobenecker III, S. 421, Nr. 2671 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 185, Nr. 726 — erwähnt: Gribner, De titulo comitis palatini Saxoniae in literis Henrici illustris, [S. 24] mit Anm. 47.*

*Die Urkunde ist nach Posse, Privaturkunden, S. 22, vermutlich von einem Schreiber des Klosters Altzelle mundiert worden. — Zur Sache vgl. auch Nr. 44.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. Agnes dei gratia Misenensis et Orientalis marchionissa, Thvr(ingie) langravia et Sax(onie) | comitissa palatina omnibus in perpetuum. Nobilissimos recondimus thesauros, si ob future vite felicitatem de proventibus | alta dei providencia nobis assignatis aliquod beneficium studuerimus dei ecclesiis impertiri. Noscat igitur presentium | universitas et presentibus successura posteritas, quod nos ob honorem dei et reverenciam beate genitricis sue virginis Marie | necnon pro nostrorum expiatione peccaminum, ob eciam venerabilium patrum et monachorum Cellensis monasterii merita | et gratissima devotionis obsequia nobis sepius exhibita de pari voto et consensu unanimi sororis nostre dulcis|sime Margarete, uxoris filii mariti nostri predilecti, Alberti videlicet Thvr(ingie) langravii, viginti solidorum et unius cen|sum, qui de lini denariis in [v]illa Studene nos annis singulis contingebat, dicto monasterio Cellensi et u|sui monachorum ibidem deo famulantium obtulimus perpetuo possidendum. Verum cum longinquitate temporis nonnumquam de|leatur memoria gratuite donationis, sicut pie offerre decrevimus, ita nostram oblationem robor eternum et perpe|tuum sortiri cupimus firmamentum. Ne igitur in posterum ignorancia vel ausu temerario seu quolibet modo fiat | irrita vel inanis hec nostra donatio, presentem paginam eis dari iussimus sigilli nostri munimine robo|ratam necnon subscriptione testium, quorum nomina sunt hec: Heidenricus de Foresto capellanus noster<sup>1)</sup>, Albertus | plebanus de Indagine, Cristanus de Buntense, Heinricus de Lichtenstein camerarius noster et alii quamplures. | Datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup>, kal. septembr.

(SP.)

## 171.

*Erzbischof (Rudolf) von Magdeburg und Markgraf (Heinrich) von Meißen schließen einen Vertrag, der unter anderem Folgendes beinhaltet: Der Markgraf hat die Burgmannen in Zörbig von dem ihm geleisteten Eid entbunden; die Burgmannen haben dem Erzbischof einen Treueeid geschworen, um für ihn die Burg zu beschützen. Der Markgraf hat versprochen, dass er dem Erzbischof für die Burg Reideburg und die dazugehörenden 500 Hufen die Burg Naundorf sowie 500 gleichwertige Hufen in der Grafschaft des Grafen von (Anhalt-) Ascharien und in der Grafschaft des Grafen B(urchard) von Mansfeld oder an*

**170.** 1) Wohl identisch mit dem zwischen 1255 und 1265 mehrfach genannten Naumburger Domkanoniker Heidenreich de Foresto (Vorste); vgl. Patze/Dolle, UB Hochstift Naumburg II, S. 297 f., Nr. 276; S. 341 f., Nr. 310; S. 368 f., Nr. 338.